

gesimo sexto octubris, Rivoalti, quod fieri fecit illustris dominus dominus Franciscus Dandulo Dei gracia Veneciarum Dalmacie atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidie totius imperii Romanie. In quo imprimis equidem suos fideycommissarios constituit, et esse voluit nobilem coniugem suam dominam Isabetam ducissam et nobiles viros dominum Andream Michaellem, comitem arbensem, carissimum nepotem suum, et dominum Nicolaum Contarenum cognatum suum, ut secundum et infra et inter alia sic legitur in eodem. Omnia autem alia bona nostra mobilia et immobilia dimittimus et esse volumus sub gubernatione et dispositione dicte domine ducisse coniugis nostre in vita sua, ita videlicet quod de fructibus et proventibus ipsorum in vita sua, ut predicatur, possit disponere, ordinare et facere tam pro victu suo honorabili, quam pro victu et alimentis infrascripti nepotis nostri, filii naturalis quondam Gratoni filii nostri, quem nepotem nostrum cum ipsa consorte nostra esse et manere volumus, quam etiam pro anima nostra et filii nostri predicti et aliorum propinquorum nostrorum, sicut sue libuerit voluntati. Cui etiam consorte nostre ducisse relinquimus libere ultra suam doctem, et ultra id quod sibi per cartam tenemus, omnes suos pannos tam lineos quam laneos, quam etiam cuiuslibet alterius speciei, et res et jocalia tam de auro quam de argento ordinatas pro suo usu, seu quas pro suo usu haberet, ut de ipsis possit facere suam omnimodam voluntatem. Et liceat ipsi domine ducisse vendere de bonis nostris mobilibus pro solvendo et satisfaciendo sibi de sua dote et de eo quod sibi tenemur per cartam, et pro satisfaciendis nostris debitis, si qua forent. Ita tamen quod propterea et etiam de administratione sua nullatenus unquam teneatur reddere rationem. Et iterum infra dedit preterea et contulit suprascriptis commissariis suis, post obitum suum, plenissimam virtutem et potestatem inquirendi, placitandi, respondendi, advocatores precepta et interdicta tollendi, legem petendi, sententias audiendi et consequendi, intromittendi atque excutiendi omnia sua bona et habere a cunctis suis debitoribus, et a quibuscumque personis, et apud quemcumque ea vel ex eis inveniri poterunt cum cartis et sine cartis, per curiam et extra curiam, et securitatis cartas, et omnes alias cartas necessarias, et quidquid aliud necesse fuerit faciendi et cetera, ut in ea legitur. Et quia idem supradictus nobilis vir dominus Andreas Michael nunquam intromisit ad tempus specificatum in statuto dictam commissariam ipsius quondam dicti domini ducis, idcirco manifestum facimus nos suprascripti Ysabetta Dandulo relicta et Nicolaus Contareno quondam cognato, et nunc ambo commissarii suprascripti domini Francisci Dandulo quondam ducis Veneciarum, quod hec infrascripta sunt bona et res dicte commissarie apud nos inventa ad presens, videlicet:

Imprimis octo lecti magni cum octo plumaciis de pignolato vergato. Item due traponte magne et due traponte parve de pignolato. Item una cultra de cendato torto vermeio. Item una cultra de cendato viridi torto. Item una cultra de cendato sanguineo torto. Item una cultra abinde çala et sanguinea cendati torti. Item una cultra de catasamito vermeio. Item due cultræ de catasamito çalo. Item una cultra blancha de Çipro. Item due cultræ albe veteres. Item duo lecti cum duobus plumaciis a familia. Item novem lecti a familia et traponte undecim de lana et capiçalla undecim parva. Item duo clapi de samito vermeio, qui erant in obsequio ipsius quondam domini ducis et domine ducisse in solemnitatibus. Item una cortina de peciis et due cortine abinde de cendato torto çalo et vermeio absque supralecto. Item una cortina de cendato viridi torto, que sunt pro tribus faciebus in uno clapo. Item una cortina abinde cum celo, et unum cocholarium viride et vermeium abinde. Item sex clapi de cortinis de velesio çalis et vermeis. Item unum vexillum imperiale cum suo schiffo. Item duo paria linteaminum magna et nova. Item sex paria linteaminum a lecto magno. Item duo paria linteaminum a valise. Item

duodecim paria linteaminum a lecto magno. Item unum par linteaminum de velesio. Item unus clapus de mantilibus brachya quadraginta sex. Item triginta mantilia inter bona et vetera, sive non bona. Item unum mantile magnum cum capitibus laboratis de seta. Item triginta toalie inter bonas et veteres. Item octo mantilia a credentia. Item una toalia cum capitibus de seta. Item unum mantile et una toalia nova cum capitibus de seta. Item quatuor toalie longe nove. Item tria mantilia nova. Item septem toalie nove, que se tenent insimul. Item decem octo brachya de tella ad ponendum super pannum, que se insimul tenent. Item unum façolum magnum. Item quatuor tapeta magna pulcra. Item tria alia tapeta. Item tria tapeta quasi vetera. Item una carpeta francisca, investita de tella viridi. Item unum çalon scachatum, investitum de tella çala. Item una umbrela magna abinde de panno sete et auri, investita de tella çala pro buçentoro. Item unum felçum pro plalo de panno veluto et de seta cum armis de cha Dandulo in circha, investitum abinde. Item sex banchalia francisca. Item quatuor banchalia abinde laborata in Veneciis. Item quatuor scabine magne pro plato et barchis. Item una coraça alba cum vantis et gamberris, et una capela, et una galea, et unum par subtelarium de curaça, et una maça de ferro. Item viginti alie coraçe cum suis colariis et vantis, precio soldorum triginta grossorum. Item decem capele et unum epitogium de ferro. Item octo pançiere, et quatuor colaria, et due maniçe et quatuor vanti de maia. Item septem spate, et unus cutellus a ferire. Item quatuor cutelli a tabula a manicis lefanti cum varetis de argento. Item quatuor alii cutelli a tabula a manicis nigris de bufalo cum varetis argenteis. Item due conche magne de rame. Item quatuor bacilli magni. Item sex bacilli parvi. Item quindecim ramini inter magnos et parvos de latono. Item tria paria linteaminum a lecto quondam domine ducisse. Item duo paria linteaminum a lecto Çanini Dandulo. Item viginti paria linteaminum a familia vetera. Item quadraginta scuta. Item duo epitogia desornita de panno cardinali que fuerunt, et esse debuerunt pro usu quondam dicti domini ducis. Item quatuor tunice desornite de panno cardinali. Item duo epitogia desornita de panno scarlato. Item una tunica de sarça vermeia. Item unum epitogium, et una tunica de panno scarlato desornita, incisa et non completa. Item octo brachia de panno cardinali. Item duo capuçia de panno cardinali, inforata de varota. Item tria capuçia de panno scarlato, inforata de varota. Item unum capuçium de panno scarlato, et unum capuçium de panno cardinali, inforata de cendato. Item duo capuçia de sarça vermeia investita de cendato. Item duo çambeloti de cendato vermeio. Item unum epitogium, et una pelis de veluto vermeio inforata de varota a domina. Item una cappa de veluto vermeio et viridi inforata de varota a domina. Item unum suprasignum de catasamito ad arma da cha Dandulo, inforatum de tella viridi. Item quinque bandiere de cendato ad arma da cha Dandulo, et duo penella de cendato ad arma da cha Dandulo, et una bandiera de tella ad arma da cha Dandulo. Item tres anchone. Item undecim coffani inferati inter bonos et non bonos sive veteres. Item due arcelle de paredanis. Item unum coffanatum longum a dopleriis. Item una cassella longa a dopleriis. Item duo cassoni veteres. Item una cassella magna nova. Item una cassella magna a merchatore. Item unum banchum a tribus coltis. Item sex pilçoni de agnelina inter bonos et veteres ad homine. Item quatuor pilçoni de pelis leperinis ab homine. Item sex çube de bocharano, que fuerunt pro usu condam dicti domini ducis. Item alii panni et vestimenta et vestimenta (sic) vetera, que portant sive deferunt in dorso femine in domo. Item viginti septem orieri investiti de tella alba. Item duo orieri de cendato vermeio cum gramitis de auro in medio. Item unus orier de veluto viridi cum gramiti; auri in medio ad opera aquilarum. Item tres orieri de samito vermeio. Item mo orieri de camocha viridi. Item unus orier de camocha